

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitruvii ... De architectura libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. VI

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)


rint, sic habere debent rationem, uti longitudinis & latitudinis mensura componatur, & ex ea summa dimidium sumatur, & quantum fuerit, tantum altitudini detur. Sin autem exedrae aut ceci quadrati fuerint, latitudinis dimidia addita, altitudines educantur. Pinacothecae, uti exedrae, amplius magnitudinibus sunt constituendae, ceci Corinthij tetrastylis, quibus Aegyptij uocantur, latitudinis & longitudinis, uti supra tricliniorum symmetriae scriptae sunt, ita habeant rationem: sed propter columnarum interpositiones, spaciosiores constituantur. Inter Corinthios autem et Aegyptios, hoc erit discrimen. Corinthij simplices habent columnas, aut in podio positas, aut in imo, supraque habent epistylia, coronas, aut ex intestino opere, aut albario. Praeterea supra coronas curua lacunaria ad circumum delumbata. In Aegyptijs autem supra columnas epistylia, & ab epistylis ad parietes qui sunt circa, imponenda est contignatio, supra eam coaxatio & pauimentum, sub dio ut sit circuitus. Deinde supra epistylum ad perpendicularum inferiorum columnarum, imponendae sunt minores quarta parte columnae. Supra earum epistylia & ornamenta, lacunarijs ornantur, & inter columnas superiores fenestrae collocantur, ita basilicarum ea similitudo, non Corinthiorum tricliniorum uidetur esse.

DE OECIS MORE GRAECO. CAP. VI.

FIVNT autem etiam non Italicae consuetudinis ceci, quos Graeci *κεκιμνωδες* appellant. Hi collocantur spectantes ad septentrionem, & maxime uiridia prospicientes, ualuasque habent in medio. Ipsi autem sint ita longi & lati, uti duo triclinia cum circuitionibus inter se spectantia possint esse collocata, habeantque dextra ac sinistra lumina fenestrarum ualuata, uti uiridia de tectis per spatia fenestrarum prospiciantur. Altitudines eorum dimidia latitudinis addita constituantur.

OECORVM CORINTHIORVM SEV AEGYPTIORVM, Graeco more perstructa ac perornata, affiguratio, quae & Cizicenorvm dicitur.

In his





V In his

mensura
erit, tan
latitudie
dra, am
q; quig;
ioru sym
arum in
et Acgy
aut in po
intestino
circinum
epistylis
in coaxa
ylium ad
res quar
narijs or
basilica

VI.
os Greci
ntrionē,
si autem
spectan
nestrarū
r. Altis

FY=
,
in his



In his ædificiorum generibus omnes sunt faciendæ earum symmetriarum rationes, quæ sine impeditone loci fieri poterunt. Luminaq; parietum altitudinibus, si non obscurabuntur, faciliter erunt explicata. Sin autem impediuntur ab angustijs, aut alijs necessitatibus, tum opus erit, ut ingenio & acumine de symmetrijs detractiones, aut adiectiones fiant, ut non dissimiles veris symmetrijs perficiantur uenustates.

AD QV AS